



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiae Moralis praecipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

Qualiter vacent beneficia permutata. §. 5

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

- 5 Capitulum sede vacante qualiter possit recipere resignationes beneficiorum ex causa permutationis.
- 6 Beneficiorum reservationum permutationem non potest Episcopus admittere.
- 7 Beneficiis sitis in quibus diocesis ab utroque Episcopo resignatio admittenda est.
- 8 Coram ordinario non potest fieri permutatio beneficij nundum acquisiti, Neque beneficium cum pensione.
- 9 Alia remittuntur.
- 10 Dispensatus ad unum beneficium, verius est non posse cum alio simili permutare.

1 Propria autoritate beneficia permutari non possunt. Quia sic caucit *c. quassum. c. penult. de rerum permur. & gradum doctores ibi. & in c. 1. eod. tit. in 6. & clem. 1. de rerum permur.* Meritoque hac permutatio est prohibita, ne clerici avaritiae studeant, neve de beneficiis tanquam de rebus profanis disponant, neve Ecclesiae damnum inferant, illi ministris ineptos designando.

Sed an haec permutatio propria autoritate facta labem simoniae contineat, & vacationem beneficij constituat. *tract. de vitio religionis opposita. disp. ut. de simon. punct. 15.* definitur: ibi enim relictum & labem simoniae continere, & vacationem beneficij mereri.

2 Igitur autoritate superioris permutatio facienda est, sed cuius superioris? ibidem resoluimus, esse qui potestatem habet in illo beneficio instituendi, & destituendi. Quia permutatio est vitium beneficij depositio, & alterius acquisitio. Ergo permutationem admittens auctoritatem habere debet amovendi a competuntibus beneficia, & potestatem ea conferendi. Vnde si inferior Episcopo hanc potestatem habet vel ex consuetudine, vel ex privilegio, coram illo fieri permutatio poterit. *Azor. lib. 7. c. 29. q. 4. Barb. alii relatis alleg. 64. n. 4.*

3 Vicarius Episcopi ex ratione vicariatus non habet hanc potestatem; quia non habet potestatem beneficia conferendi, indiget ergo speciali mandato ut per *tex. in cap. quassum, de rerum permur.* docent Rebuff. *praxi beneficior. tit. de vicario. n. 104. Azor. 2. p. lib. 7. c. 29. q. 4. Garc. de benef. 1. p. c. 4. n. 74. Barb. all. g. 34. n. 66.*

4 Sed an si vicario concedatur potestas admittendi resignationes ex causa permutationis possit beneficia competuntibus conferri? Negat Rebuff. *supra.* & Barbosa *n. 68.* eo quod resignatio beneficij quid distinctum est a beneficij collatione. Contrarium verius existimo: nam licet sint distincta, sunt tamen omnino connexa: cum enim beneficium resignas ex causa permutationis, ea conditione resignas, vt competuntanti concedatur: superior igitur admittens hanc resignationem eo ipso admittit conditionem: quo modo ergo illam admittere potest, si potestatem non habet ea beneficia conferendi, vel saltem obligandi collatorem, vt conferat?

5 Capitulum sede vacante potest recipere resignationes beneficiorum ex causa permutationis, si eorum collatio ad ipsum pertineat: tradunt cum. *Glossa in clem. 1. de rerum permur.* Doctores communiter. At si solius Episcopi electio, seu praesentatio beneficiorum sit, nequaquam capitulum poterit resignationes ex causa permutationis admittere. Quia non potest admittere, nisi admittendo conditionem, vt competuntanti conferatur, quod sibi datum non est: sic pluribus relatis Garcia *11. p. de benef. 4. n. 75.* Verum si Episcopus horum beneficiorum resignationes admisisset, & antequam ea competuntantibus conferret, e vita decederet, postea capitulum sede vacante ea competuntantibus dare, quia admissa resignatione beneficiorum collatio necessaria est. *c. de rerum permur. in 6. & clem. 1. eod. tit. & capitulum Episcopo succedit in his quae sunt necessitatis, & obligationis. Garc. supra. n. 81.*

6 Dixi permutationem faciendam esse coram illo Superiore, qui potestatem habet in illo beneficio instituendi & destituendi. Vnde cum in beneficiis reservatis non habeat Episcopus hanc potestatem, non enim potest ea competuntantibus conferre, nequaquam hanc resignationem ex causa permutationis poterit admittere: sic aliis relatis Garcia *11. p. de benef. c. 4. n. 82. Azor. 2. p. lib. 7. c. 29. q. 10. & 16. Tusc. concl. 30. Mantica de tacitis & ambiguis convent. 1. 5. tit. 9. a. n. 11.*

7 Eadem ratione si beneficia sita essent in diversis diocesis, non posset resignatio ex causa permutationis fieri coram vno tantum Episcopo, sed necessario uterque Episcopus, ad quos illorum beneficiorum collatio pertinet, intervenire debent. *Azor. 2. p. lib. 7. c. 29. q. 8. Aug. Barb. all. g. 69. n. 20.*

8 Ex eodem fundamento conuincitur non posse coram Episcopo, seu ordinario fieri permutationem beneficij nondum acquisiti. Quia ordinariis datum non est ius ad beneficium ex vno in alium transferre. Sic ex communi sententia docet Flaminio *lib. 2. de resig. q. 21. & 23. Azor. lib. 7. c. 29. Garcia 11. p. c. 4. n. 17.* quamvis Lesho *lib. 2. c. 34. n. 129.* contrarium non videatur improbabile. Item neque potest beneficium cum pensione coram ordinario permutari, neque pensiones inter se tamen potestatem haberent competuntantes illas in alios transferendi. Quia ordinariis sola beneficiorum permutatio concessa est, non autem pensionum, quae pro-

prie beneficia non sunt. *Azor. 1. p. l. 8. c. 12. q. 8. Vgol. de officio Episcopi. c. 50. §. 10. n. 4. Garc. 11. p. c. 4. n. 18.*

9 Sed an coram ordinario possit fieri permutatio beneficiorum compensata fructuum inaequalitate, solutione pensionis, vel pecunia, late examinamus *dicta disp. de Simon. punct. 16.*

Quoad eos qui permutare beneficia possunt: vide dicta Superiori punct. §. 3. & 4.

10 Solum est aliquis difficultas, an dispensatus ad unum beneficium possit cum alio simili permutare? Videtur posse: sic aliis relatis Francus *in c. non potest. §. illud. n. 6. & 7. de praebenda. lib. 6. And. Gambat. in c. de rerum permur. lib. 6. n. 79.* Ratio esse potest. Quia permutans moraliter loquendo dicit non potest de nouo beneficium accipere, sed beneficium beneficio succedere: neque de causa prohibitis acquirere non prohibetur permutare, vt pluribus exorant Tiraq. *de vtroque retractu §. 31. gloss. 2. m. 1. Mol. de Hispan. primogen. lib. 4. c. 5. a. n. 47.*

Nihilominus contrarium est dicendum, non solum ex stylo curiae, vt placuit Rotae *de c. 1. de filijs presbyter. in nouis crescent. de c. 1. num. 6. & 7. de reb. Eccles. non alien. Gonz. gloss. 14. n. 16.* Sed etiam de rigore iuris. Nam dispensatio est odiosa, neque trahenda ad alia praeter concessa, vt colligitur ex *dicto cap. non potest. de praebenda in 6. & cap. ordinarij. de officio ordinarij. in 6. clem. si plures. de praebendis; & tradit Azor. 2. p. lib. 7. cap. 29. q. 14.* Cum ergo ad habendum beneficium quod dimittis dispensatus sis, non poteris loco illius aliud ex vi dispensationis subrogare.

§. IV.

De conditionibus in permutatione seruandis.

- 1 Seruanda sunt conditiones pro resignatione apposita.
- 2 Mentionem obtentorum faciendam non esse de rigore iuris, sed de stylo tenet aliqui.
- 3 Verius est vtroque titulo sciendam esse.

1 Clarum est seruandas esse conditiones pro resignationibus requisitas; quia permutatio est propria beneficij resignatio. Solum de illa conditione, quae in resignationibus coram Pontifice expostulatur, nempe quod fiat mentio obtentorum beneficiorum, est difficultas, an in permutatione acquiratur.

2 Fred. Gen. *tract. de permur. q. 18.* quem refert, & sequitur *Azor. 2. p. lib. c. 29. q. 27.* existimat de iure mentionem faciendam non esse, bene tamen de stylo curiae. Prioris patris ratio est: quia canones, & iura decernunt mentionem obtentorum faciendam esse in imperatione beneficiorum, & illorum dispensatione. Quia est res odiosa, & ambitiosa. At permutatio non est propria beneficij acquisitio, cum non addatur beneficium beneficio, sed est noui beneficij in locum prioris subrogatio. Ergo non est in hac permutatione mentio obtentorum facienda. Deinde in permutatione collatio non est gratuita, sed obligatoria. At solum in collatione gratuita est mentio obtentorum facienda. Ergo non in permutatione. Et consummari potest, quia ea de causa cum es electus, aut praesentatus ad beneficium a Pontifice conferendum, non tenet mentionem facere de obtentis; quia collatio est tibi debita. *Res. ta. de c. 300. par. 1. diuers. Garc. statim referendus.* Cum ergo in permutatione hoc debuit inueniatur, nullatenus mentio obtentorum erit necessario facienda. Secundam partem de stylo curiae testantur plures Doctores. *Bell. tract. de permur. 3. p. q. 2. num. 120. Rebuff. praxi. tit. de permur. n. 34. & 35. Garcia 11. p. de benef. 4. a. n. 89.*

3 Nihilominus verius credo, non solum ex stylo curiae, sed etiam de rigore iuris hanc mentionem faciendam esse: sic Garcia *11. p. de benef. c. 4. n. 89.* Quia verè & proprie in permutatione beneficium imperatur; tamen ex titulo permutationis, & quia forte qui dignus, & idoneus est ad unum beneficium, non est ad aliud, vel ad plura, si cum pluribus permutatur. Neque absoluit collatio beneficij debita est competuntantibus, nisi supposita resignationis admissione, quam conferens non tenetur semper admittere. Secus vero est in institutione ob praesentationem: quia institutio absolute est debita, eo quod instituentis consensus ad praesentationem non requiratur.

§. V.

Qualiter vacent beneficia permutata.

- 1 Vacant eo ipso, quo Superior dispositionem admittit.
- 2 Proponitur questio grauis.
- 3 Sub distinctione respondetur.
- 5 Ex vacatione per resignationem ex causa permutantium in pedatur optio, & expectantia.

1 Eo ipso quo apud Superiorem beneficium deponis, Superiorque depositionem admittit, tamen si competuntanti beneficium

DE
PASTORALIS
TITULI

beneficium collatum sit vacare, beneficium censetur. Nam beneficium nemini conferri potest, quin prius vacet, sed non potest prius vacare, quam conferatur, nisi vacet per resignationem admissam. Ergo vacat per hanc resignationem: & colligitur ex clementi. 1. de rerum permutat. c. licet eodem tit. in 6.

1 Ex hac doctrina ferè ab omnibus approbata inferitur decisio illius questionis: an facta à compertutantis resignatione suorum beneficiorum, & à superiore admissa, si permutatio non habet effectum, possunt compertutantis ad sua beneficia redire; Item an debeat redire sine noua collatione; præmissis variis, sententiis quas tradidit Az. 2. p. lib. 7. cap. 29. q. 21. Garc. 11. p. de benef. c. 4. à n. 5.

3 Distinguedi sunt plures casus, in quibus contingere potest permutacionem non habere effectum si enim culpa sua permutatio non habet effectum; quia cat. bas beneficio permutando, vel illius legitimo titulo, ob quã causam beneficium ab alio compertutante cuiusdam estis non poteris beneficium tibi de nouo collatum retinere; sed debes dimittere, & compertutans, qui consensit non est tux culpæ, poterit propria autoritate ad proprium beneficium reuerti, quia nulla fuit eius dimissio; co quod fuerit facta sub conditione: quod tu beneficium firmum illi conferendum dimitteres, quod cum non feceris, dimissio non tenet. Azor. dicto. cap. 29. quæst. 21. Lessius lib. 2. cap. 34. num. 195 Thom. Sanch. lib. 2. cap. 26. num. 9. & ex parte consentit. Garc. dicto c. 4. num. 6. Si autem tua culpa permutatio effectum non habuerit: quod incapax fueris beneficii recipiendi, nequaquam redire poteris ad beneficium dimissum; quia conditio sub qua beneficium dimissum, executioni mandata est: hæc enim conditio nulla alia fuit, nisi quod alius suum tibi beneficium dimitteret, quod fecit. Tibi ergo imputandum est, quod non obtinueris beneficium ab alio dimissum, Ergo obtinam culpam alius piuidandus non est iure quod habet, vt sibi tuum beneficium conferatur, maxime si de facto collatum est. Non ergo poteris ad beneficium dimissum redire.

Quod si absque tua culpa non habuit permutatio effectum in alio compertutante, eo quod compertutans antequam tuum beneficium illi collatum esset mortuus esset, vel fuit factus incapax collationis, tu non poteris ad beneficium dimissum redire, quia ex parte tua perfecta fuit permutatio, & per accidens est quod non fuerit tuum beneficium alteri compertutanti collatum, cum per te ipsum non steterit. Gonz. gloss. 15. §. 2. à num. 40. Quod si beneficium compertutantis recepti antequam tuum dimitteres, & tempore, quo dimittere debebas compertutans decessit, vel incapax est recipiendi, poteris vtique beneficium retinere, & tuum, & compertutantis, nisi essent incompatibilia, sic Lessius dicto c. 34. n. 197. Az. 2. p. l. 7. c. 29. Garc. 11. p. c. 4. num. 10.

4 Secundo inferitur ex vacatione per resignationem in fauorem, seu permutacionem impediri optionem & expectatiuam, Quia vacant ad effectum, vt designatis conferantur; & tradit Azor. 2. p. l. 7. cap. 30. quæst. 7. Garc. pluribus relatis, 11. p. de benef. cap. 4. num. 4. Gonz. gloss. 34. num. 35. & 36. Flamin. lib. 2. q. 20 per totam.

§. VI.

De vacatione beneficii contingente ob affectionem alterius.

- 1 Qualiter beneficia iuxta diuersa tempora incompatibilia fuerint.
- 2 Si obtineatur beneficium simplex cum alio incompatible, tenent plures non vacare ipso iure.
- 3 Verius est oppositum.
- 4 Vt quæque beneficium priuatis, si vtique vt retinere presumis.
- 5 Beneficia incompatibilia per se, si sub eodem titulo uniformia sint, vacant ipso iure.
- 6 Si in eadem Ecclesia difformia sint, vel in diuersis uniformia sub distinctione respondentur.
- 7 Apponuntur duas limitationes.
- 8 Si sufficiens sit ad tuam sustentationem vnum ex illis, non potest aliud nisi ex Pontificis dispensatione, obtinere.
- 9 Sed quid si habenti beneficium sufficiens aliud concedatur. Affirmat Garc. valere collationem ab ordinario factam, si casus à delegato.
- 10 Idem in vtroque dicendum est.
- 11 An obtento secundo beneficio sufficiens vacet primum ipso iure. Negant aliqui.
- 12 Sub distinctione fit satis questioni.
- 13 Obtento beneficio insufficienti, si secundum sufficiens obtineas non vacat primum, tamen si contrarium Garcia sentiat.
- 14 Quod dicatur beneficium sufficiens.
- 15 Preponitur quadam obiectio, Et fit illi satis.
- 16 Beneficia litigiosa vacant obtentione pacifica secundi beneficii incompatibilia.
- 17 Quid de quodam speciali casu.
- 18 Habens duo beneficia incompatibilia ex dispensatione, si tertium litigiosum obtineat nulla est collatio.

- 19 Beneficia acquirenda, seu ius ad beneficium vacat obtentione pacifica secundi beneficii incompatibilia.
- 20 Qualiter secundum beneficium obtinendum est, vt vacationem inducat prius obtenti.
- 21 Quando censetur, pacifice beneficium obtinere.
- 22 Debet esse obtentio fructifera beneficii.
- 23 Duplex limitatio apponitur. Sed vnam admittimus, alias reiicimus.
- 24 Si secundum beneficium de facto, & non de iure obtineas, vacat primum.
- 25 Quando ob obtentionem secundi beneficii impediatur resignare primum.
- 26 Pontifex in pluralitate beneficiorum incompatibilium dispensare potest.
- 27 An censetur dispensare, eo quod beneficium concedat consensu aliorum, que obtinet.
- 28 Quid dicendum de aliis Pontifice inferioribus.

Pendet huius questionis intellectus ex eo quod intelligas qualiter beneficia incompatibilia sint. Nam pro diuersitate temporum diuersimodè incompatibilia fuerunt. Antè concilium Lateranense sub Alexand. tertio duze dignitates, vel duo beneficia curata, vel aliàs residentiam expostulantiã ita erant incompatibilia, vt vno obtento alterum non vacaret ipso iure sed obtinens obligatus erat vnum ex illis dimittere, quod ipse maluerit cap. referente cap. præterea de præbendis. Deinde in iplomet concilio Lateranen. sub Alexand. IV. in cap. quia nonnulli de clericis non residend. non concedebatur obtinendi electio, sed obtento secundo beneficio si primum non dimitteret, secundo priuandus esset: paulo post Innocent. 111. in eodem concilio relatus in cap. de multa de præbendis, statuit obtinentes supradictas dignitates, officia personatus, aut alia quæuis beneficia curata: primum vacare ipso iure per adeptionem secundi est vtique vtinere quis contenderit, secundo per sententiam priuaretur, & addit, vt nullus in eadem Ecclesia plures dignitates, aut personatus habere præsumat etiam si curam non habeant animarum: consentit. capit. literas. de concess. præbendis. & cap. consuetudinem. De consuetud. in 6. ibi Nulli liceat de casero, nisi vnicum personatum, vel dignitatem aut præposituram, siue administrationem, vel officium perpetuum quocunque nomine censatur cum præbenda in simul absque dispensatione dicta sedis in eadem Ecclesia obtinere, vel iam obtenta obtinere. Quod si à quoquam secus præsumptum fueris, irritum sit omnino, idem ferè habetur in clement. fin. de præbendis. & dignit. vbi in eadem Ecclesia retinere quis duas præbendas non potest, tamen si vnarum sit dignitatis accessoria. Post hæc Ioann. XXII. in extrauag. execrabilis, de præbendis. §. que tamen. & §. qui vero, decreuit vt obtinens secundam dignitatem, personatum, officium, vel beneficium curatum vacaret primum ipso iure, & si vtique vtinere præsumpserit, secundum similiter vacaret, & remaneret inhabilis ad ordines, & ad omnia alia beneficia acquirenda. Tandem successit Trident. concilium quod sess. 7. cap. 4. de reformat. in hac verba pronunciat. Quicunque de casero plura beneficia curata, aut alias incompatibilia beneficia Ecclesiastica, siue per viam unionis ad vitam seu commenda perpetua, aut alio quocunque nomine, & titulo contra formam sacrorum canonum & præsertim constitutionem Innocent. III. qua incipit de multa recipere ac simul retinere præsumpserit, beneficiis ipsi iuxta ipsius constitutionis dispositionem ipso iure, etiã præsentis canonis vigore priuatus existat, c. 17. sess. 24. de reformat. inquit idem concilium in posterum vnã tantum beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur, quod quidem si ad vitam eius cui conferretur honestè sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo vtique personalem residentiam non requirat eidem conferri. Hæcque non modo ad cathedrales Ecclesias, sed etiam ad alia omnia beneficia tam secularia, quam regularia quæcumque etiam commendata pertineant cuiuscumque tituli aut qualitatis existant.

Vt ergo supradictæ constitutiones, & incompatibilitas beneficiorum clarius eluceant plures difficultates veniunt examinanda.

2 Prima est, an beneficia simplicia residentiam expostulantiã ita sint incompatibilia, vt secundo obtento primum vacet ipso iure. Et idem est de canonicatu cum curato, aut per obtentionem pacificam vnus primum ipso iure vacet. Et quidem ex constitutionibus ante Trident. editis clarè constat ipso iure non vacare. Nam c. referente & præterea. De præbendis hæc beneficia incompatibilia obtinenti dabatur optio. vt quod maluerit eligeret in c. quia nonnulli delegabatur electio, & secundum mirrabat non ipso iure, sed per sententiam in c. de multa; & extrauag. execrabilis, non de his beneficiis incompatilibus sed de dignitatibus, personatibus officis, beneficiis curam animarum habentibus, est fermo. Ergo beneficia simplicia incompatibilia obtinentes ipso iure non vacabant ante concil. Trident. Quod autem ex Trident. decreto, sess. 7. c. 4. de reformat. vacent, non leuem difficultatem intulit Nauarr. lib. 3. cons. tit. de præbendis. cons. 34. in priori edit. eo quod à iure antiquo recedendum